



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 4. Venerabilis Andreas Conti, seu de Comitibus Beatorum Albo ab Innocentio XIII. insertus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. „omnibus in rebus foveas, tegas  
 A. C. 1723. „diligentius, quo nostra etiam officio  
 „non parum sibi profuisse cognoscimus  
 „Erit id Nobis vehementer gratum  
 „novusque hoc nomine paternæ caritatis  
 „tatis cumulus accedet Majestati tuæ  
 „cui Apostolicam benedictionem cum  
 „affiduxæ felicitatis voto conjunctam  
 „amantissime impertimur. „

## §. IV.

*Venerabilis Andreas Conti Beatorum  
 Albo ab Innocentio XIII.  
 insertus.*

*Tursel.  
 contin. p. 425.  
 Holb. l. c.  
 pag. 197.*

Cum jam dudum Patres Congregationis Rituum in virtutes & merita Venerabilis Fratris Andree Conti Fratrum Minorum Observantium Aniani natus ineunte Sæculo XIV. obiit, inquirerent, ac demum de cultu immemorabili rite conservato ac tuto eum publicis Beatorum nominibus decorari posse referrent, Pontifex re mature peracta atque invocato Dei auxilio eundem trigesimo Januarii in Beatorum numerum elevavit; concessitque, ut Beati officium quotannis die primæ Februarii in eorum Ecclesiis celebraretur.



quod etiam præstituta die anni sequen- Sæc. XVIII.  
tis maxima cum pompa factum est. A. C. 1723.

§. V.

*Carolus Mediobarbus ex Sinis Ro-  
mam reversus.*

Hucusque Carolus Mediobarbus Pa-  
triarcha Alexandrinus & Visitator  
Apostolicus e Sinensi Imperio iter suum  
in Europam secundis ventis prosequen-  
batur; cum autem ad flumen S. Ja-  
nuarii in Brasilia subsisteret, ex nau-  
tarum incuria navis ejus unacum sep-  
tendecim cistis, in quibus Sinensis Im-  
peratoris munera summo Pontifici por-  
rigenda asservabantur, incendio con-  
sumpta est. Inde vero profectus, tan-  
dem die quarta Aprilis Romam venit,  
ubi ad Pontificis alloquium admissus  
eidem Imperatoris nomine nonnisi uni-  
cam pixidem, pretiosissimis perlis arte  
Sinica dispositis ornatam atque ab in-  
cendio liberatam obtulit. Videbatur  
Pontifex de hujus legationis successu  
parum contentus, eoquod Legatus  
quædam circa ritus prohibitos relaxa-  
set; suam agendi rationem Mediobar-  
bus vindicare nitebatur, importunas  
quorundam sollicitationes, & minas,  
necnon permissionum revocationem a  
se ante discessum suum factam ob-

*Dorfan.  
Journal  
t. 2. p. 145.  
Hist. Univ.  
t. 8. p. 869.  
p. 956.  
Holb. Hist.  
Eccl. tom. 4.  
p. 149. 336.*

Gg 3 ten-